Iuerat ad segetes lombardus rusticus illas
Circuit et gaudet: quod sata leta videt
Dum letus letas sic admiratur aristas
Hunc preter solitum visa lumaca fuit
Quid sit miratur: stupet. horret. examinatur
Mens abit: atque color, deserit ossa calor
Ut tandem redijt ad se, procul astat et inquit
Quod video scelus est: hec in summa dies
Non lupus hoc ursus vel vipera. nescio quid sit
Sed scio quicquid sit quod mihi bella parat
Est clipeus signum: signum sunt cornua belli
Hem pugnare negem. non ego malo mori
Si superare queam monstrum talis speciei
Et decus et formam perpetuam meruit
Quid dixi? non est probitas occurrere monstro
Cetera non desunt bella timenda minus
Que dabitur laus: si furor non pugna nocetur
Humanum non est hoc perisse modo
Hoc mea si coniunx et proles tota videret
Pro solo visu iam sibi terga darent
Insuper hec pugna non equa videbitur ulli
Nam meus armatis hostis inermis ego
Sic dubitat metus. atque pudor pugnat in eodem
Dat pugnare pudor sed metus ista fugit
Denique consilio fiet quod iudicat equum
Consulit uxorem consulit atque deos
Dij sibi respondent quod sit palma futurus
Cum vix auderet credere numinibus
Ast coniunx timida et metuens ut casta marito
Exclamat lacrimans quid furibunde paras
Que tibi bella placent si non tibi perire

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0228
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG